Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



40

Necommouear. Deinde subiungit. ppt hoc delectatum est cor meum. Ut rene seu increpare potuerint. Non delectare non tantum in renib: sed ibi facta est delectatio ubi aduersus renum increpationem purus est dis ad extris eis. id est in corde. Deus iudex iustus. & fortis & longanimis. quis dis iudex. Nisi dns qui iudicat populos ipse iustus qui reddit unicuiq: secundum opera sua. Ipse fortis qui etiam psequutores impios cum sit potentissimus pro nra salute tolerauit. Ipse longanimis qui etiam ipsos qui psequuti sunt. non statim post resurrectionem ad supplicium rapuit sed sustinuit ut se aliquando ad salutem abillam pietate conuerterent. & adhuc sustinet seruans sibi ad iudicio ultimam poenam & nunc usq: mutans peccatores ad penitentiam non iram adducens psingulos dies. significantur fortes se dicitur ira adducens quam irascens. & tra in exemplarib: greci inuenimus. ut non sit in ipso ira qua punit. sed in animis eorum ministrorum. qui pceptis uertatis obtemperant ppquos iubet & iam inferiorib: ministeriis quia uocantur angeli in cundie ad punienda peccata quos iam non ppt iustitiam quam non gaudent. sed ppt malitiam poena humana delectat. Non ergo dis ira adducit psingulos dies. id est non psingulos dies ad iudicium congregat ministros suos. Nunc enim patientia di ad penitentiam inuitat. Ultimo uero tempore cum sibi homines ppt duritiam cordis sui & cor impenitens thesauri zauerint in ira in die iraeiusti iudicii gladium suum uibrauit. Nisi conuertamini inquit gladium suum uibrauit. potest ipse homo dominicus gladius dei intellegi bis acutus. id est fiducia quam non uibrauit primo aduentu sed tamquam in uagina humilitatis abscondit. Uibrabitur autem cum secundo aduentu uenient iudicare uiuos & mortuos. In manifesto splendore claritatis suae iustis suis lumen & terrores impius coruscabit. Nam in alius exemplarib: peo quod est gladium suum uibrabit fulgeam suam splendificabit postum est. quo uerbo conuenientissime significari arbitror ultimum dominicae claritatis aduentum. Quando quidem ex ipsius psona intellegitur qd alius psalmus habet. Liberabit dns ab impius animam meam. fulgeam tua ab inimicis manus tuae. arcum suum tetendit & paratum illum. Non passim uerborum tempora praeuidere uidentur sunt. quod gladium de futuro dixit. Uibrabit arcum de praeterito tetendit. Deinde praeterita temporis consequuntur uerba. Et in ipso paratum uasa mortis sagittas suas ardentib: operatus est. Arcum ergo istum scripturas sacas libenter acciperim ubi fortitudine nouae testamenti quasi nerui quodam duritiae ueteris flexa & domita est. Hinc tamquam sagittae mittuntur apostoli.